

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput IX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

admonitionem recitavi. Ita hoc loco Iosua, etiamsi Deus victoriam ei difertè proniferat, tamen stratagemate in bellis concessio vitur, & insidias inter Hai & Bethel, eo ipso in loco, vbi Abraham olim aliquantisper sedem familiæ & ecclesiæ suæ habuit, Gen. 12. collocat, & simulatione fugæ hostes auidè insequentibus longius ab oppido abstrahit, quod milites in insidijs positi interea captum incendunt. Simili stratagemate in Vngaria non procul ab oppido Thirna, anno 1552. equites Germanici, quos duxit Fabianus Schoneich, à parte equitatus Turcici laceffiti, & simulatione fugæ, vltra oppidum, in quo aliud agmen latebat, pertracti, & erumpentibus ex oppido hostibus circumuienti vtrinque cæsi sunt. Ita Methonem anno Christi 1500. Turci ceperunt, cum inter magnas difficultates diu fortiter defensa vrbe, tandem auxilijs & comœatu à Venetis in portum delatis, lati ciues & alij milites, desertis stationibus suis ad portum concurrissent, Turca animaduertens muros defensoribus vacuos: suos transcendere & forum occupare iussit. De his stratagematis apud Thucydidem dicitur, τὰ κλέμματα ταῦτα καλλίστω δόξαν ἔχοντα, ἀ τὸν πολέμιον μάλιστα αὐτὸς ἀπαρήσας τὰς Φίλας μέγιστα αὐτὸν ἀφελήσεν.

III. Mars ἀλοπερόσαλλος sæpè spoliantem iam & exultantem euertit. Nemo igitur secundis successibus in bello, & reliquæ totius vitæ cursu elatus, similem prosperitatem perpetuò expectet. Nam subito momento, ex summæ felicitatis fastigio aliquis in extremas calamitates incidere potest, & κοινὸς ἐνούλιος καὶ τὸν κλεινότερα κατέκλεσε. Nemo igitur confidat nimium secundis, Nemo desperet meliora lapsus, Res Deus nostras celeri rotatas Turbine versat.

III. Gubernante Deo consilia prudenter cogitata habent bonos & felices exitus. χωρὶς θεῶν οὐδὲν εὐτυχία. ἀκεία δὲ ζῆχη καὶ γλυκὴ τέλη, ὄρνυμι θεῶν, inquit Pindarus. V. De Supplicio CRVCIS, & Depositione cadauerum ante vesperam, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno, dixi in Deut. 27. VI. De monte Hebal & Garizim ex quibus Benedictiones & Maledictiones populo recitari oportuit: prolixè in Deuteronomij capite 27. diximus. Monet autem, officium Magistratus præcipuum esse, vt custos sit LEGIS Dei & doctrinæ à Deo traditæ, eamque subditis proponi & illustrari curet. Nam propter hunc finem politiæ omnes constitutæ sunt, vt luceat in eis & late propagetur vera de Deo doctrina, & Deut. 17. & Ios. 1. audiuius.

Caput IX.

L O C I .

DE iure supplicum, erga hostes se dedentes, & pœnam misericordia & bonitate leniri petentes, religiosè seruando, Lex Deut. 20. docet; Si exieris ad oppugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Huius Legis exemplum, in præfenti Gabaonitarum, Iosua se dedentium historia, illustre proponitur, quod de religione & iure supplicum, in meliore illa antiquitate, hoc oraculi

Dodonæi versu, μήθ' ἰκέτας ἀδικῶν, ἰκέτας ἱερῶν καὶ ἀγνοῖ, expressè admoner. Sunt autem SUPPLICES, qui agnoscunt se deliquisse, & se dignos esse pœna fatentur, ac dedunt se arbitrio victoris, sed tamen misericordia & bonitate pœnam mitigari orant. Tales interfici nefas esse religiosa antiquitas & omnes magnanimi & sapientes bellatores iudicant, vt in Germanicis historijs Otto primus, Henrico fratri & Ludolpho filio: Henricus V, Lothario: Conradus III. Guelfo Vuinsbergæ se dedēti: Sigismundus, Friderico Austriaco: Maximilianus Philippo Palatino: Carolus duci V. Iuliacensi, Vuirtebergensi & multis alijs principibus & ciuitatibus post bellum Smalcaldicum supplicibus ignouit, & pœnam moderatus est. vt de illo scripsit poëta Moguntinus, Vna gerit bellum, pacem manus altera reddit. sicut de Attila quondam, *Fœdera supplicibus donat, sternitq; rebelles.* Admoncat autem pios religio & ius Supplicum, de filio Dei domino nostro Iesu Christo, qui Supplex fit æternò patri, & deprecatur pro nobis, vt Nos Supplices confidentes coram Deo nostra delicta, & propter filium μεσίτω καὶ ἰκέτω nobis ignosci petentes, propter filij deprecationem in grâtiâ recipiamur, & mitigationem ac remissionem pœnæ peccatorum nostrorum iustissimæ, propter filium impetremus. sicut apud gentes etiam, vsitatum fuit supplicibus, petere veniam ab offensis, propter eorum filios, vt apud Thucydidem Themistocles veniens ad regem Molossorum, Admetum, sibi inimicum, sedet in vestibulo ædium, ad aram Iarium, tenens manu puerum filium regis, quem patri domum redeunti offert, & petit propter filium se in ipsius tutelam recipi. Nos relictis gentium ritibus, freti certissima Filij Dei μεσίτης καὶ ἰκέτης promissione, Quidquid petieritis à patre in nomine meo, dabitur vobis: in quotidiana inuocatione supplices Deo propter filium fiamus, nec dubitemus nos in gratiam recipi, sicut formulæ λαυρόεις, in Psalmo, Miserere mei Deus, & similibus, à spiritu sancto nobis præscriptæ sunt, quæ definitionem Supplicum paulò ante recitatam illustrent.

I I.

DE IURAMENTIS in solo nomine DOMINI veri Dei, in populo Israël patefacti, præstandis, & præcipuis materijs ad doctrinam iurandi pertinentibus, supra Deut. 6. dixi in enarratione sententiæ: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruiēs, & per nomen illius iurabis. Proponitur autem in hac historia exemplum, quod iuramenta etiam errore facta, vel vi & metu extorta, quæ iurantes sine suo peccato præstare possunt, religiosè seruanda esse docet. Etsi enim Hippolitus, fraude novercæ, cui se, quod petitura esset, non negaturum esse iurauerat, circumuentus: cum illa concubitum peteret, iuste recusans exclamat, ἡ γλῶσσοῦ ὁ μάρμορ', ἡ δὲ φρενὶ αἰώμοτ' : Lingua iuravi, mentem iniuratam gero: tamen cum non repugnat expressæ voluntati & mandato Dei promissio nostra iuramento confirmata: nullo modo violari debet. Vt hic Iosua, quamuis à Gabaonitis deceptus erat, tamen cum sciret Dei voluntatem esse, vt Supplicibus ac dedititijs, iuxta legem Deuteronom. 20. parceretur, nec cum contumelia nominis diuini, nostris vtilitatibus vel populi affectibus gratificandum esse, sentiret: scandalum etiam vitandum esse iudicaret, ne fidem datam, seu promissa & fœdera iuramento solenni sancita, temerè & perfidè violari passim in illis gentibus diceretur: denique ne periurij pœnas grauissimas in se deriuaret: Iusiurandum Gabaonitis datum, religiosè

ligiosè seruandum esse censuit. Cumq; Saul inconsiderato zelo violans hoc iuramentum Gabaonitas plurimos interfecisset: Deus fame totum populum punit, & posteros Saulis vicissim interfici iubet. 2. Reg. 21.

Interpretatio nominum propriorum Noni capitis.

Jordanem. riuum iudicij, vel descensio. Iordanis fluuij descriptio supra Ios. 3. fol. 36. & 37. recitata est. *Libanum.* Alpes Palaestinam à reliqua Syria dirimentes.

Populi terræ promissæ, orti à filijs Canaan, qui fuit quartus filius Cham filij Nohæ, Gen. 10. vbi singulorum etymologia & loca quæ tenuerunt indicata sunt. *Etheus.* terribilis, Gen. 10. *Amorraus.* loquax, orator. Ios. 12. Num. 21. *Cananeus.* mercator. *Pherezaus.* habitans in villis, paganus, Gen. 13. 15. 34. Iudic. 1. 3. *Euans.* nuncius, iudex, Gen. 34. Deut. 2. 7. Ios. 11. Iudic. 3. *Iebuseus.* conculcator, Iudic. 1. 9. Ios. 15. 1. Reg. 5. *Iosua,* saluator, *סוּאָה*, supra fol. 20. &c. *Israël,* princeps seu victor Dei, Gen. 32.

G A B A O N, ciuitas ampla & metropolis vicinarum, [quæ in tribum Benjamin postea incidit, & sacerdotibus attributa fuit, Ios. 18. 21. à Ierosolymis vno tantum milliari Germanico versus occasum solstitialem sita fuit, ad montem Silo, in quo tabernaculum foederis & altare æneum multos annos postea vsq; ad Salomonis ætatem collocatum fuit, 3. Reg. 3. 2. Paral. 1. Ebraicè scribitur גִּבְעוֹן Gibeon, alta, sublimis, quæ tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta solent inter viburna cupressi. *Hiericho,* Luneburga, vel fragrantia, supra cap. 2. fol. 33. *Hai,* aceruus. *Pitacys,* frustis corij varijs confuta. *Galgala,* auolutio seu orbis. vide supra fol. 41. *De terra longinqua venimus.* tribus vel quatuor milliariibus à Galgala. *Aegypto,* Ebraicè Mizraim, adfligentes, Exod. 1. *Seon,* סִיחֹן SiHon, vastator, Num. 21. *Esebon,* cogitatio, imputatio. *Og,* cocus. *Basan,* pinguedo. *Astaroth,* greges, Ios. 13. Num. 32. *Caphira,* in tribum Benjamin postea incidit, Ios. 18. Efd. 2. כַּפִּירָה catulus Leonis. *Beroth,* putei, in tribu Benjamin, Ios. 18. 2. Reg. 4. Efd. 2. *Cariathicarim,* ciuitas syluarum, in tribu Benjamin, Ios. 18. in quam arca à Philistinis recepta collocatur, 1. Reg. 6. 7. 2. Reg. 6.

Caput X.

LOCI DOCTRINAE P R A E C I P V I .

NON DEVS est numen parcarum carcere clausum, Quale putabatur Stoicus esse Deus. Ipse potest Solis currus inhibere volantes, Ipse velut scopulos flumina stare iubet. Pertinet ad definitionem DEI, qui est essentia omnipotens, LIBERRIMA.

II. Exemplum sententiæ Iacobi: Multum valet deprecatio iusti efficax. & Psalmi 145. Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. vt in hac historia, Dominus obedit voluntati hominis, & ordinem naturæ mutat propter preces Iosuae.* III. *Discrimen inter Heroicos*

E 3 bellato-